

F R A N C .
H O T O M A N I
I V R I S C O N S V L .
I N S E X L E G E S

O B S C V R I S S I M A S , *commentarius:*
E X S C H O L I S V A L E N T I N I S .

*L. Gallu, L. Vinum, L. Frater à fratre,
L. Pallaconuentu, L. eam quam, L. precibw.*

DVRARE ET MORI,



NON PERIRE.

L V G D V N I ,
Apud Claudium Sennetonium.

M . D . L X I I I .

AMPLISSIMO VIRO,
 IOANNI MONLVCIO, EPIS-
 COPO ET COMITI VALEN-
 tino Dienſi, Franciſ. Ho-
 tomanus S. P.

QVID his paucis proximis mēnsibus
 in hac Academia tua, hoc est, in his
 tuis Iustitiae scholis egerim, Amplissi-
 me Monluci, quāc in re meum hoc
 literiarū ocium cōsumpserim,
 poteris ex hoc, quem ad tempi-
 si, libello cognoscere: in quo ea-
 rum sex legum, quae in libris nostris obscurissima nume-
 rantur, interpretationem posui. Etsi enim Regiae en-
 gocia, in quibus tot iam annos, magnacum laude, per-
 petuaque nominis tui gloria, versacuses, magnopere
 occupatum ac prope districtum iacent, nunquam ta-
 men Academia tua memoriam ex animo deponis. nū-
 quam optimarum artium ac literarum studia inter-
 mittis: nunquam tantis re occupationibus obrui finis,
 ut non ad Doctrinæ studium, tanquam ad suauissi-
 mum ingenij tui pabulum, oculos ſepe animūmque re-
 feras. Itaque ornarunt te quidem amplissima, honori-
 ficentissimæ que legationes quamplurimæ, quaiam
 pridem in Græcia, Italia, Polonia, Anglia, Scotia, Bel-
 gica, fidelissimè sapientissimæque summis de rebus

a 2 obij

FRANC. HOTOMA-
NI IVRIS CONSULTI
COMMENTARIUS IN
I. Gallus, 29. De liber. &
posthumis.
EX SCHOLIS VALENTINIS.

ARGUMENTUM.

RACTATIO de liberis & posthumis instituēdis aut ex hæredan-
dis, tripartita est. Liberos appelle-
lamus, iam natos: posthumos ve-
rò, qui nondum nati sunt, sed qui
pòlt nascuntur: id est, aut post te-
stamentum, aut (quòd certius & antiquius est) post
testatoris mortem: prius autem de liberis dicemus,
quæ ipsa quoque disputatio tripartita futura est.
Primùm enim de filio, pòst de nepote præmortuo
filio, postremò de nepote & filio viuis differendum
erit. Ergo quod ad filium attinet, is quidé qui iam
natus est, omnino vel institui, vel nominatim ex-
hæredari iure antiquo debuit: neque quicquam
illo de iure usque ad huc immutatum est. Filii nam-
que præteritio testamentum & iniustum & nul-
lum facit. l. inter cetera, 30. De lib. &c. posthu. l. i. &
pass. D. de iniust. rupt. De nepote autem qui præ-